



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 5. Wolfgangi Guilielmi Palatino dissensio cum Brandenburgensi Principe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

Sæc. XVII. lena Maximiliani Bavariæ Ducis Filia;
 A. C. 1613. cum autem Serenissimus hic Sponsus
 adhucdum exterius Protestantium se-
 etam profiteretur, ac studiose Religio-
 nem orthodoxam, quam animo jam
 intus & foris cum paucissimis clam am-
 plexus erat, adhucdum dissimulandam
 censeret, ea de causa tum maxime Pa-
 tre, Matre, duobus fratribus, aliis
 que Magnatibus acatholicis præsentibus
 sese Protestantium genio circa ritus sa-
 cros attemperabat, ac toto precum sol-
 litarum tempore erectus stabat, ejus
 vero Sponsa immobili genuum inflexio-
 ne Deo pro firma Sponsi sui conversio-
 ne supplicabat. Ceterum Eichstadien-
 sis Antistes utrumque Sponsum solemni
 precatione rituque Catholico conjunge-
 bat: sequenti autem die Jacobus Heil-
 brunnerus Ministellus in Principis cæ-
 naculo jejunam concionem in hæc ver-
 ba: *non est bonum hominem esse solum &c.*
 habuit, qua finita omnis quoque Lu-
 therani Sacerdotii ritus fuit finitus, ex-
 haustusque.

§. V.

*Wolfgangi Guilielmi Palatini dissen-
 sio cum Brandenburgensi Principe.*

*Adizreiter
 I. c. Merc.
 tom. IO. l. I.
 pag. 77.*

Paulo ante Saxonie Electoris Orato-
 res Bruxellas delati Clivensem Do-
 minum,

mum, ubi Brandenburgensis & Neobur- Sæc. XVII.
 gicus Principes habitabant, occupa- A.C. 1613.
 runt; his vero desuper querentibus,
 Albertus Archidux nil nisi, quod ea res Carafa Com.
 ad ipsum non attineret, respondit: Ex de Germ.
 ortæ autem interea fuere inter ambos Sacra p. 50.
 Principes haud obscuræ similitates &
 odia, quæ ex multiplici causa pete-
 bantur, ac præprimis quidem, dum
 Brandenburgicus defuncto fratre suo Er-
 nesto Juliacensium Regionum admini-
 strationem Georgio Guilielmo commi-
 serat, Neoburgici Oratores vehementer
 obsistebant, ac ipsimet Principes sibi de
 valido satellitio prospicientes mandatis
 contrariis invicem pugnabant, Brande-
 burgicus quoque a Fœderatis Belgii Or-
 dinibus petebat, ut ei auxilio venirent,
 siquidem de Neoburgico timendum es-
 set, ne a Bavariæ Principibus persua-
 sus, se Cæsari submitteret: Præterea
 novis inter utrumque dissidiis ansam de-
 derat existimata eorum jurisdictio Ec-
 clesiastica; cum enim in Pagis & oppi-
 dis passim adhuc Catholici Pastores,
 qui jure suo Parochias curabant, mo-
 rarentur, hisque expulsis Brandenburgicus Calvinistas, Neoburgicus vero
 Lutheranos substituere tentarent, inde
 jurgia, vulnera & cædes inferebantur,
 & non raro, dum Lutherani, vel vi-
 cissim Calvinistæ Prædicantes gregem

M 2

suo

Sæc. XVII. suo Pastore pristino destitutum invadere
A. C. 1613. moliebantur, quidam ex Præfectis, No-
bilibus, vel Ministris periere, qua in-
juria, cum præfertim Neoburgici affi-
cerentur, Wolfgangus Dux Brandenburgico declarabat, quod Georgii subroga-
tionem nunquam admissurus esset, nisi
Moniciensi ditione in integrum restituta,
abrogatisque præcipue Ecclesiasticis
gravaminibus, Brandenburgenses a se-
ditione in populum concitanda desiste-
rent; cum notum esset, quod hi passim
instillato Calvinismo subditos Juliacen-
ses & Neoburgicos ad Brandenburgici
partes cum alterius partis exclusione
traducere molirentur: Magis adhuc
Brandenburgis iras stimulabat obscurus
rumor, quo Neoburgensis Dux clam ad
Catholicam Religionem transiisse vel
brevi transiturus dicebatur, hujusque
quoque suspicionis famam auxerat a-
cre, ac indefessum in exquirenda vera
fide Neoburgici ingenium, præstans-
que ad pietatem propensio, necnon pro-
nior Cæsaris imperio obtemperaudi vo-
luntas: comperto autem Neoburgici
connubio cum Bavariæ Ducis Filia
Brandenburgicus de veritate hujus famæ
haud ultra dubitans, sine omni cuncta-
tione cum Foederatis Belgii Ordinibus
armorum societatem init, eorumque
subsidii auctus Düsseldorfium, ubi
Neob.

Neoburgici conjux erat, ductore Schwen-
Sæc. XVII.
gelio intempestæ noctis silentio impro-
visus aggressus est, urbe haud dubia
potitus, nisi cives a mænibus noctur-
nos hosce invasores egregie depulissent.
Id ubi Neoburgico innotuit, dilaudata
civium fide ceteras urbes ad æqualem
fidelitatem, & vigilantiam hortatus vi-
cissim cum Bavaris, Cæfareis & Au-
striacis clam fœdus pepigit.

A.C. 1613.

§. VI.

*Sententia Curiæ Parisiensis contra
Annales Ecclesiasticos Henrici
Spondani.*

Sub idem tempus in Galliis die deci- *Argentre*
ma sexta Aprilis Servinus Regius *collect. jud.*
Procurator in Curia exponebat, quod *tom. 2. p. 73.*
in Annalium Baronii epitome ab Hen-
rico Spondano concinnata plura pro-
fanæ potestati ac jurisdictioni, necnon
supremæ Regum ac Principum Majes-
tati, honori & auctoritati adversa con-
tineantur, & quidem primo carpebat
Servinus, quod in hoc libro referatur,
Episcopis tam amplam caussas etiam
profanas decidendi jurisdictionem in
primo sæculo fuisse attributam, ut e-
tiam male a sacerdotalibus Magistratibus ju-
dicata retraharent. Addidit etiam quod
Spondanus per hæc verba: *Regnum po-*

M 3 *liticum*